

EPISTOLA

'obseruationes. Id verò quicquid est tibi dicāre volui amicissime Valerande: quoniā Arvernici bituminis magnam à te copiam iam pridem accepi: cuius muneris tui tempestive me hæc adornantem redditæ mihi Epistola tua admonuit: qua cum etiam alias plantas raras, in Italia & Istria, marinas præsertim, à te collectas longinquis peregrinationibus tuis, pro liberali tuo in me amore, dono mihi misisti: & THERIACÆ antidoti, quæ nunc paras, nobilissimæ specimen: hoc est, simplicia aliquot medicamenta, quæ in eius compositionem requiruntur pulcherrima aliquot. lectissimaq; addidisti: vnde ego tanquam ex vngue Leonem, ut aiunt, iudicans, antidorus tota, qualis sit futura, hoc est, optima perfæctissimaq;, qualis hodie sanè rarissima reperitur, facile coniūcio. Siquidem tu in omni simplicium pharmacorum genere, multis iam annis incomparabili studio & diligentia diuersis in regionibus, Germaniæ, Galliæ, Italiæ atque Istriæ es versatus: & vndique amicos habes per quos optima queque medicamenta